



A 6641.

Ute  
Mfg.



*contenta:*

1. Alfragani brevis ac puerilis compilatio de rudimentis astrorum.
2. Iryandri astrolabii canones.
3. Engelhardt de mundus & temporis.
4. Volkenstani explicatio problematis astronomiarum.

4

4

Explicatio  
**E P H E M E R I D V M**  
ASTRONOMICARVM, PRO-  
posita in Scholis Astronomicis Academie  
Argentoratensis.

A'  
M. DAVIDE WOLKENSTENIO  
Vratislauiensi,

375.



math

45

ARGENTORATI  
Excudebat Nicolaus Wyriot.  
Anno M. D. LXXXIII.

St. 314  
Pd.

EXPLICATIO EPHE.  
MERIDVM ASTRONOMICARVM,  
proposita in scholis astronomicis academizæ  
Argentoratensis,

A

M. DAVIDE WOLKENSTENIO  
Vratislauensi.

 Nuestigatio cœlestium motuum fit per instrumenta astronomicæ, vel per tabulas, quas Græci vocant *Kævōves*.

De instrumētis agere hic locus nos non possit. Tabulæ sunt perpetuæ, vel temporariæ. Perpetuæ sunt, ex quibus cœli & stellarum motus numeris inuestigantur & describuntur ad quodvis: & propositum tempus: quales sunt Ptolemæi, Alphonsi, Hispaniarum regis, & Nicolai Copernici, & quæ elaboratissimæ hodie sunt, Erasmi Reinholdi, quæ Prutenicæ nominantur. Harum explicatio alterius temporis est.

Temporariæ sunt, in quibus anni temporis distributio est, & motus cœlestium corporum designantur ad initium singulorum dierum. Itaque nominantur ephemerides astronomicæ, siue cœlestium motuum.

Veterum autorum nullæ ad nos peruererunt: Ioannes Regiomontanus, homo Germanus, Francus, tempore Imperatoris Friderici III, primas edidit in lucem, & typis euulgavit annorum XXX. Atque is matheseos nesus & antea ignotus factus, ita gratus accidit, ut exemplaria singula 12 Hungaricis aureis venderentur, Germanis, Hungaris, Italisch, Gallis, Britannis certatim coementibus. Eas continuauit Ioannes Stöflerus in academia Tybingeri. Post hunc Erasmus Reinholdus in academia VVitensis.

A ij

bergensi edidit duorum annorum 50 & si ex suis tabulis  
Prutenicis supputatas. Hunc secutus Ioannes Stadius in  
Belgico publicauit annorum 46: nempe ab anno Domini  
554 ad 1,600.

Vt autem omnium Ephemeridum usus Studiosis exponi-  
& aliquæ partes doctrinæ astronomicae inde illustrari pos-  
sent. Thomas Finck in Academia nostra, meo rogatu, &  
ductu, sequentis anni 1,582 supputauit: eas Nicolaus  
VVyrioth typis expressit: Ego in exemplarj exigui precij,  
matheseos preciosi thesauri locum commonstrabo.

Ergo Ephemeris in tabellas menstruas distributa est:  
His præponitur vna, quasi indicis cuiusdam loco, eaq;  
tripartita est: Prima pars continet Cyclorum annorum  
numerum, & literam Dominici diei indicem, & genera-  
lem distributionem anni in interualla quædam, & festa,  
quæ vocantur mobilia.

Secunda describit Eclipses Luninarium. Et I. anno-  
tatur tempus maximæ seu mediae eclipsis: idq; definitur  
die mensis, hora, & scrupulis: vt hic Lunæ eclipsis, mense  
Ian. d. 8. h. 22. ii'. nempe post meridiem in horizonte  
ephemeridis, ciuus meridianus est 8', orientalior meridi-  
ano Argentoratensis horizontis.

II. Annotatur magnitudo eclipsis. Mensura eius est di-  
gitus seu pollex. Est enim Lunæ diametrum atque etiam  
Solis trium palmorum, qui faciunt 12 digitos, seu ut vul-  
gus nominat puncta; etsi conus umbræ, in loco transitus  
Lunæ, multis digitis siue punctis crassior sit. Hic Lunæ  
eclipsis est digitorum 2. & 30'. vbi sciendum est etiam  
digitum diuidi in 60 minutas siue scrupula.

III. Tempus annotatur, idq; incidentia tantum, vel inci-  
dentiæ & moræ dimidiæ.

Tempus incidentia est, id quod labitur ab initio ad  
medium siue maximum eclipsis terminum in particulari,  
in totali autem ab initio ad totam obscurationem.

Tempus moræ dimidiæ est in eclipsi totali diurna: terminatur principio toti<sup>9</sup> obscurationis, & dimidio tempore eclipsis. Itaq; dimidium tempus eclipsis particularis, & totius momentaneæ est incidentia tempus: Totius autem diurnæ, est incidentia & moræ dimidiæ simul.

Et in particulari siue totali momentanea tempus incidentia additum medio termino, dat finem eclipsis, subductum dat principium: vt                    hic

Medius terminus est                    h. 22. 11'.

Tempus incidentia                    58.

Ergo finis est	h. 23. 9.
At principium	h. 21. 13.

Et totum tempus	h. 1. 56.
-----------------	-----------

Sic anno 1577. in Ephemeride Mæstlini, eclipsis mensis Aprilis, tempus incidentia erat                    h. 1. 3'.

Moræ dimidiæ	h. 0. 52.
--------------	-----------

Ergo totius temporis medius terminus	h. 1. 55.
--------------------------------------	-----------

Qui incidit in	h. 7. 38.
----------------	-----------

Ergo principium eclipsis	h. 5. 43.
--------------------------	-----------

Finis	h. 9. 33.
-------	-----------

Et totum tempus.	h. 3. 50.
------------------	-----------

Tertia habet notationē quarundam affectionum planetarum: nempe, Tempora regressus, Locum apogæi, & Borei limitis: quæ suis locis explicabuntur.

De præcessione æquinoctij dictum est supra, in doctrina proprij motus fixarum stellarum. Ea momento æquinoctij verni, id est u. die Martij h. 9. 52. à mediano nocte antecedente futura est G. 27. 54'. 37". 34".

Tanto quidem arcu æquinoctij momentum præcedet primam Zodiaci stellam, quæ prima stellaris artis est,

EXPLICATIO  
DE SINISTRIS TABELLIS  
*Menstruis.*

**N**onstruæ tabellæ binas paginas habent, sinistram & dextram.

In utriusq; margine sinistro est series dierū sui mensis.

Sinistræ tabellæ in margine sinistro habent anni & festorum dierum distributionem.

Annum ciuilem hodie usitatum C. Iulius Cæsar descripsit D. 365. h. 6. neglecta astronomica scrupulositate.

Numerum integrorum dierum distribuit in 12 meses, hoc ordine:

1 Ianuarius	2 Februarius
3 Martius	4 Aprilis
5 Maius	6 Iunius
7 Iulius	8 Augustus
9 September	10 October
11 Nouember	12 December.

De sex prioribus, illi qui impari numero in ordinelo-  
cantur, habent imparem numerum dierum, nempe 31.  
Cæteri 30: excepto Februario qui 28. habet.

In sex posterioribus contrarium est: Primus & qui pari  
numero in ordine sunt, dies habent 31. Cæteri 30.

Itaq; priores sex continent dies 18 1.

Sex posteriores 18 4.

Mensis Iulius secundum Ronuli ordinationē, Martio te-  
nente anni principium, Quintilis vocatus fuit, à numero  
ordinis, quo abest à Martio. Sed postea in honorem Iulij  
Cæsaris Dictatoris, legem fecerit. M. Antonio M. Fi-  
lio, Cos. Iulius appellatus est: quod hoc mense ad IIII  
Id. Iulius procreatus sit.

Mensis

Mensis Augustus vocabatur Sextilis, donec honori Augusti daretur ex Senatus Consulto, cuius haec fuerunt verba: Cum Imperator, Cæsar Augustus mense sextili & primum consulatum inierit, & triumphos tres in urbem intulerit, & ex Ianiculo legiones deductæ, securæq; sint eius auspicia ac fidem, & AEgyptus hoc mense in potestatem populi Romani redacta sit, finisq; hoc mense bellis ciuilibus impositus sit, atq; ob has causas hic mensis huic imperio felicissimus sit ac fuerit, placere Senatui, ut mensis Augustus appelletur. Idem plebiscitum factum ob eandem rem, Sex. Pacutio tribuno plebem rogante. De his mensibus & cæteris, vide Macrob. L. i. Saturn. Cap. 12.

Atq; ita Iulius anni dies distribuit in menses.

Horas sex annuæ periodi jussit triennio colligi, & quanto quoq; anno, excrescentes iam in integrum dicim, à sacerdotibus, qui curabant, intercalari, mense Februario, die sequente VI. Cal. Martias: eo scilicet mense & loco, quo etiam apud veteres mensis intercalatus fuit: id est, ante quinq; ultimos Februarij mensis dies: idq; bissextum censuit nominandum. Itaq; annus conimunis habet dies 365.

Intercalaris, Dies 366. Atq; in hoc Februarius habet 29 dies. Vide Macrob. L. i. Saturn. Cap. 14.

## DE VETERI LATINA DISTRIBUTIONE dierum mensis in Calendas, Nonas & Idus.

**B**Tiam ante Iulij Cæsaris emendationem anni præsca fuit distributio dierum mensis, tribus interuersis Calendarum, Nonarum & Iduum. Calendæ primus cuiusq; mensis dies dictus fuit. Nam, vt Macrob. L. i. Saturn. Cap. 15. scribit, præcis temporibus, antequam fasti à Cn. Flauio scriba inuitig.

patribus, in omnium notitiam proderentur, Pontifici minori hac prouincia delegabatur, ut nouæ Lunæ primum obseruaret aspectum, visamq; regi sacrificulo nunciaret: Itaq; sacrificio à Rege & minore Pontifice celebrato, idē Pontifex calata, id est, vocata, in Capitolium plebe, juxta curiam Calabram, quæ casæ Romuli proxima est, quot numero dies à Calendis ad Nonas superessent, pronuncia bat, & quintanas quidem quinquies dicto verbo ~~καλῶ~~, Septimanas repetito septies prædicabat: verbum autem ~~καλῶ~~ Græcum est, id est, voco.

Nonæ in Martio, Maio, Iulio, & Octobri sextus dies est post calendas, in cæteris mensibus est quartus. Nonarum die oportebat populares, teste Macrobio, qui in agris es- sent confluere in urbem, accepturos caussas feriarum à re- ge sacrorum, sciturosq; quid esset eo mense faciendum: vnde quidam hinc Nonas existimant dictas, quasi nouæ obseruationis initiu: vel quod ab eo semper ad Idus no- uem dies putentur. Idus ex nonarum die nonus est. No- men alij aliunde deriuatum esse existimarunt. Macrobius quinq; diuersas sententias proponit.

I. Est: esse Thuscum nomen, apud quos is dies Itis voce- tur, id est Iouis fiducia. Nam vt omnes Calendas Iunoni, ita omnes Idus loui tributas esse, Varronis & pontificali confirmari autoritate.

II. Est: Idus appellatas à videndo, Idus quasi vidus detra- & a litera v. Nam quod Græci *ἰδίη* dixerunt, Romanos dixisse videre, addita litera v.

III. Est: Idus esse dictas, ~~ἀπὸ τῆς ἀλλας~~, id est, à specie quod eo die plenam speciem Luna demonstrat.

IV. Dietas ab oue Iduli, quam hoc nomine vocarint Thusci: Nam omnibus Idibus ouem immolari à Flamine.

V. Est, Quam ipse Macrobius probat maxime: dictas Id' à veteri verbo Hetruscæ linguae, Iduare, id est diuidere,

vt Idus

Vt Idus sit dies, qui mensem diuidit: vnde vidua dicitur, quasi valde idua, id est, valde diuisa, aut à viro diuisa.

Plutarchus in questionibus Centuriatis Romanorum, de hisce interuallis in hanc sententiā scribit. Cur tria mensis initia, prae finitas dies habent, qui idem dierum inter vallum intercedens capiunt? Vtrum vt Iuba scribit, quod Calendis populi concilium magistratus indicerent in quintam, quæ sunt nonæ: Idus die m festam ducebant.

An potius, quod Lunæ disparitatibus tempus definientes, cernerent tres varietates Lunam quoq; mense accipere maximas. Primam, cum occultatur coitu cum sole: secundā, quando effugit Solis radios, ac primū ad occidentem nitescit: tertiam pleno orbe eius in plenilunio.

Nominant silentem Lunam & interlunium Calendas, à clam & celare. Primam aiunt nonas iustissimo nomine ~~reputatae~~ esse, quasi nouam, id est nouam & adolescentem Lunam, vt illi vocant. Idus propter decorum & formam quam Græci ~~etiam~~, plena iam Luna: aut à Ioue nomē trahentes: haec tenus Plutarchus.

Numerantur autem dies inter bina quæq; interualla retrorsō ordine, vt proximus, secūdus, tertius à Calendis Ianuarij, sit quartus, tertius pridie Non. Ianuarij. Sic à Nonis proximus, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, sit octauus, septimus, sextus, quintus, quartus, tertius, pridie Iduum Ianuarij. Sic ab Idibus ad Calendas sequentis mensis usq; retrorsus ordo numerationis dierum est.

In omni autem ascriptione numeri subintelligenda est præpositio ante: vt XVIII Cal. Ian. integrum esset, XVIII die ante Cal. Ianu. Sic IIII. Non. Ian. integrum esset. IIII die ante nonas Ian. Sic VIII. Id Ian. esset VIII die ante Id. Ianuarij.

Distributio horum interuallorum per omnes menses

oculis exposita est in tabula, quam inscripti canonem antiqui Romani Calendarij.

Quomodo autem veteres latini dies discriminauerint, aliosq; cōstituerint festos, alios profestos, alios intercisos, quibusq; hēc illaue sacra peregerint, Macrobi⁹ describit, & Ouidius in Fastis suis, & alij: nos ista idolatrica ociosis & curiosis perquirenda relinquamus.

## DE DISTRIBVTIONE ANNI apud Christianos.



Hristiani, ex diuina constitutione dies anni religiose distribuunt hebdomadib⁹; & septimum quemq; religionis professioni sacrisq; ceremonijs destinavit prima Dei ecclesia, eumq; à quiete, hebraica voce, nominauit Sabbathum: Quia mundi creator & parens Deus, perfecto iam opere creationis omnium rerum, sex dierū spatio, & ipse septimo die quietus, & omnes homines alijs negotijs curisq; vacuos, soli religioni, & Dei conditoris cognitioni vel septima saltem hebdomadis parte intentos esse iussit.

Propagatum est hoc diuinum institutum ab ecclesia veteris testamenti in ecclesiam Christianam: hæc omnes dies nominat ferias, significans Christianis esse perpetuum quoddam sabbatum: ferias numeris discernit: nempe dies primus, secundus, tertius est feria prima, secunda, tercia. Septimum ob diuinam & primam institutionem nominat Sabbathum: sed festi ceremoniam prima Christiana ecclesia transtulit in feriam primam, & hac quasi tessera, se ab ecclesia veteris testamenti, maxime vero Pharisæica, segregauit, eumq; diem nominauit dominicum, quod Christus, humani generis seruator, &, iure creationis atq; redemtionis, Dominus, feria sexta antecedente mortuus, eo die vicit peccati, mortis, & inferni resurrexit, nosq; in liber-

In libertatem ex diabolica captiuitate vindicavit.

Hebdomadicæ periodo datæ sunt septem Literæ A, B, C, D, E, F, G, dierum indices.

Habet autem annus periodos hebdomadum 52, & communis quidem præter eas, diem ynum, eadem cum primo anni die litera indice & nomine. Itaque sequente anno nomen primi diei devoluitur ad secundum diem; & qui hoc anno est Dominicus dies, sequente anno fit feria secunda, tertio anno feria tertia. Sed literæ indices diebus retrorsa periodo sequentibus annis obueniunt, nempe, si hoc anno dominici diei index est G, sequente erit F, tertio E. Atque hoc ita est in anno communi.

In intercalari securus est. Nam in eo præter 52 hebdomadas, duo dies sunt residui, ultimus cum primo eadem litera indice, nomine non item, & intercalaris mense Februario: is intercalarem literam F assumit, nomen sequenti diei præterit, omniumque sequentium ad suos proxime sequentes protrudit. Atque omnes dies geminas habent indices literas, unam ante intercalationem alteram post illam. Et ab ea promotione nobis Germanis annus ille intercalaris dicitur Schaltjar: nam schalten est promovere, vel prouochere.

Ex intercalatione varietas est nominum & literarum, quæ 28 annorum spacio, sive quatuor hebdomadibus annorum in se redit, & absolvitur, nominaturque Cycli solarii periodus, id est, dominici diei & feriarum hebdomadis.

Tota varietatis periodus digesta est in hanc tabulam: in qua ponitur primus annus Cycli esse intercalaris, & litteræ dominicales, ante intercalationem G, post illam vero F. Itaque secundo anno dominici diei index E, & sic consequenter.

An. Cycli	L. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
Litera dom.	G. E. D. C. B. G. F. E. D. B. A. G. F. A. C.

---

13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.	20.	21.
F.	D.	C.	B.	A.	F.	E.	D.	C.

---

22.	23.	24.	25.	26.	27.	28.
A.	G.	F.	E.	C.	B.	A.

---

Aptabitur tabula hæc annis DOMINI additione 9. quia CHRISTVS DOMINVS NOSTER putatur natus esse anno 10 Cycli: Itaq; diuisa summa per periodum, id est, 28, quotus numerabit Cyclos circumactos, reliquias à diuisione annum labentis cycli: hic dominici diei indicem in tabula monstrat: vt, anno 1582. Diuidendus est, 1591. Divisor 28, quotus 56, reliquus 23 qui notat annum labentem Cycli 56: Ergo Litera dominicalis est G.

Sic, anno Domini 1580. Sūma diuidenda fuit 1589. Divisionis quotus 56. Cycli: Reliquus 21 annus labens 57 Cycli. Ergo literæ Dominicales fuerunt, ante intercalationem C, post illam B, ad finem anni vsq;

Annis ante Christi nativitatem aptabitur tabula retrograda numeratione, nempe 9. ante Christum natum, cum primo anno Cycli coniuncto: 8. cum 2: 7. cum 3: & 28. cum 10 Cycli: & sic deinceps, vt hic vides. Itaq; si datus annorum numerus, antecedens Christi nativitatem, diuiditur per Cyclum 28. quotus numerabit Cyclos circumactos, reliquias à diuisione, quæsitus in sericanorum Cycli, dabit in annis ante Christi nativitatem annum labentis Cycli: vt

Anni.

Anni ante Chr̄ist.	Anni Cycli	Domi- nicales Literæ.	Annj 324. ante natū Christum, diuisi per 28. quotus est in Cycli completi: reliquas à diuisione 16. quæsitus in serie annorum Cycli ostendit 22 annum 12 Cycli, E- iusq; literam Dominicalem A.
9	1	G F	
8	2	E	
7	3	D	
6	4	C	
5	5	B A	
4	6	G	
3	7	F	Nempe reductione dierum, qui sunt ab ultima dominica dicantes cedentis annj, ad numerum die- rum à Cal. Ian. ad datum diem da- rii mensis. Nam quotus dabit elap- sus hebdomadas: reliquas à diuisi- one nomen Feriæ: vt, anno 1582,
2	8	E	sunt inter ultimam dominicā præ- cedēti anni & 15 Aprilis dies, 106.
1	9	D C	hi reducuntur ad hebdomadas 15 & reliquas est dies 1. Ergo 15 Aprilis est feria i seu dies dominica:
28	10	B	Vniuersalis numeratio dierum, inter propositos terminos cōpre- hensorum, molesta est: particula- ris facilior erit: Si numerus dierū elapsorum mensium educatur ad hebdomadas, & feriæ præter illas reliquas in tabellam disponantur, in vitroque anno communi & in- tercalari: vt, Ian. præter hebdoma- das habet reliquias ferias 3. Ianuar.
27	11	A	& Februa. simul præter hebdoma- das 8, habent reliquias ferias, in an-
26	12	G	no communi 3, in bisexto 4. Sic
25	13	F E	
24	14	D	
23	15	C	
22	16	B	
21	17	A G	
20	18	F	
19	19	E	
18	20	D	
17	21	C B	
16	22	A	
15	23	G	
14	24	E	
13	25	E D	
12	26	C	
11	27	B	
10	28	A	

Ianuarius, Februarius, Marti<sup>9</sup>, præter hebdomadas 12 reliquas faciunt ferias in anno communi 6. in intercalari præter hebdomadas 13. reliquam feriam o. & sic deniceps. Feriæ ab ultima dominica ad Cal. Ian. sequentis anni, inveniuntur ex numero intervallorum, inter literam dominicalem propositi anni & A antecedens in retroſa numeratione: ut anno 1582 inter literam dominicalem G, & A præcedens est unicum interuallum: Ergo reliqua est de præcedenti anno feria 1. Sic 1583 anno, litera dominicalis est F. quæ abest ab antecedente A. duobus interuallis: Ergo duæ feriæ sunt reliquæ ab antecedente anno. Sic 1584. Literæ dominicales sunt E, D, prior abest ab antecedente A tribus interuallis: Ergo reliquæ sunt de præcedente anno feriæ 3. Sic 1585. litera dominicalis C abest ab antecedenti A. interuallis quinq;: Ergo de præcedente anno restabunt 5 feriæ.

Ergo inquam, si feriæ, à plenis hebdomadibus mensium reliquæ, disponantur in tabulam mensium: item à plenis hebdomadibus omnium annorum totius Cyclis solaris reliquæ in tabulam Cycli, ut oculis patciant simul, facilior erit numeratio.

Primum enim Cycli annus & litera dominicalis ostendent ferias reliquas de plenis hebdomadibus precedentis anni. Deinde mensis præcedens datum siue labentem mensem, in tabella mensium ostendet dies reliquos ex reductione omnium dierum ad hebdomadas. Tandem numeri dierum dati siue currentis mensis reductio ad hebdomadas dabit reliquas ferias si quæ fuerint. Summæ reliquarum feriarum compositæ dabunt summam: quæ si minor est quam 7: erit quæ sitæ feriæ numerus: si maior, reducetur ad hebdomadas, & reliquus à diuisione erit numerus feriæ. Ut anno Domini 1582. Cyclus solaris 23. dat literam dominicalem G & hæc feriam unam præcedenti anno reliquam: iam si quæ sitæ

<i>Anni ante Christ.</i>	<i>Anni Cycli</i>	<i>Domi- nicales Literæ.</i>	<i>Feriæ reliquæ Literæ.</i>	<i>TABVL A CYCL L solaris literæ Dominis, calis, &amp; feriæ hebdomadis.</i>
9	1	G	F	1
8	2	E		3
7	3	D		4
6	4	C		5
5	5	B	A	6
4	6	G		1
3	7	F		2
2	8	E		3
1	9	D	C	4
28	10	B		6
27	11	A		0
26	12	G		1
25	13	F	E	2
24	14	D		4
23	15	C		5
22	16	B		6
21	17	A	G	0
20	18	F		2
19	19	E		3
18	20	D		4
17	21	C	B	5
16	22	A		0
15	23	G		1
14	24	F		2
13	25	E	D	3
12	26	C		5
11	27	B		6
10	28	A		0

<i>Feriæ reliqua mensum anni</i>	<i>Comu- nis</i>	<i>Inter cal.</i>
Januarij	3	3
Februarij	3	4
Martij	6	0
Aprilis	1	2
Maij	4	5
Iunij	6	0
Iulij	2	3
Augusti	5	6
Septembri	0	1
Octobri	3	4
Nouembris	5	6
Decembri	1	2

Si post de 15 Aprilis, quota feria futura sit: video In tabula mensium in anno communis de elapsu Martio mense reliquas ferias 6. his addo vnicam feriam praecedentis anni reliquam: Summa æquat hebdomadem unam, hanc negligo: dies 15 Aprilis reduco ad 2. hebdomadas, quas etiam abijcio: reliquus est dies unus: Ergo 15 Aprilis erit feria prima seu dies dominica.

Sic annus 324. ante natum Christum Cycli solaris est 22. eiusq; dominicalis litera A. haec nullam habet a scriptam feriam reliquam: iam si quæstio sit de 12 Nouembris: video Octobrem anni communis reliquas facere ferias 3. has mente reseruo, & reduco 12 dies ad hebdomadem unam, quam abijcio, & dies reliquos 5. addo diebus 3. mente reseruatis, summam g̃ reduco ad hebdomadem unam, quam abijcio: & ex reliqua i conclu do 12 Nouembris est feriam primam, id est dominicum diem.

Atque haec sunt de partitione anni in hebdomadas sequitur

### DE DIEBUS FESTIS.



Ræter sabbatum siue diem dominicum Dei ecclesie etiam alios dies festos celebrat.

Festorum veteris Testamenti diuina voce sanctorum descriptio extat in libris Mosaicis, quam nunc omitto. In noui Testamenti ecclesia ab Apostolis primum instituti putantur dies festi, quibus beneficia seruatoris nostri celebrantur: nempe natalis eius, dies Soteriorum, & resurrectionis a morte, siue paschatis dies, item missionis Spiritus S. qui nominatur Pentecoste, Dein de cumulati sunt festi dies ab Apostoloru successoribus Episcopis & Pontificibus, quibus Mariæ matris Domini, Apostolorum, Euangelistarum, atq; tandem etiam aliorum sanctorum hominum memoria conseruaretur. Eorum quædam sunt immobilia, seu fixa: quædam vaga & mobilia sunt.

Fixa

Fixa sunt quæ omnibus annis eodem mensis sui die re-  
deunt: hæc etiæ in ipsa Ephemeride percensentur: tamen  
insigniora & celebriora simul in conspectu esse, utile est,

## IANVARII dies.

I. Est Circumcisionis DOMINI.

VI. Επιφανείας: vulgo trium Regum.

XXV. Conversionis apostoli Pauli.

## FEBRVARII.

II. Purificationis Mariæ, matris DOMINI.

XXIIII. Matthiae apostoli.

## MARTII.

XII. Gregorij Papæ.

(STI:

XXV. Annunciationis Mariæ, seu incarnationis CHRI-

## APRILIS.

III. Ambrosii, Episcopi Mediolanensis.

XXIIII. Georgij.

XXV. Marci Evangelistæ.

## MAYI.

I. Philippi & Iacobi, apostolorum.

XXV. Urbani.

## IVNII.

XV. Viti.

XXIIII. Iohannis Baptistæ natalis.

XXIX. Petri &, Pauli apostolorum.

## IVLII.

II. Visitationis Mariæ.

XIII. Margaritæ.

XXII. Mariæ Magdalenæ.

XXV. Iacobi, apostoli.

## AVGVSTI.

X. Laurentij.

**XIII. Bartholomei apostoli.**

**XXI X. Adolff. Ex decollationis Ioannis Baptiste.**  
**SEPTEMBRIS.**

I. Aegidij.

VIII. Natalis marie matris DOMINI.

XXI. Matthæi apostoli.

XXIX. Michaelis Archangeli.

**OCTOBRIS.**

XVI. Galli.

XVIII. Lucæ Euangelistæ.

XXVIII. Simonis & Iude apostolorum.

**NOVEMBRIS.**

I. Omnium Sanctorum.

XI. Martini Episcopi.

XXV. Catharinæ.

XXX. Andreæ apostoli.

**DECEMB RIS.**

VI. Nicolai Episcopi.

XIII. Lucia virginis.

XXI. Thomæ apostoli.

XXV. Natalis Domini.

XXVI. Stephani protomartyris.

XXVII. Ioannis Euangelistæ.

Superioribus seculis, ante inuentam artem typographicam, & publicatas Ephemerides, cum pauci dissererent astronomiam: proposita fuit ab ecclesiæ doctoribus doctrina quædam de anni partitione, & festorum dierum distributione, atq; inuentione, quæ nominarunt Computum Ecclesiasticum. In eo computo omnes dies anni primis syllabis fixorum festorum, calendario inscriptorum, digesti fuerunt in versiculos quosdam continentes tot syllabas, quot annus dies habet, singulaq; disticha singularis

gulis mensibus aptata fuerunt, nominatiq; sunt versiculi  
istì à principio suo Cisio Ianus: Contextus eius hic est,  
**Ianuarij**

*Cisio Ianus Epi sibi vendicat olt Feli Mar An  
Prisca Fab Ag Vincenti Pau Po nobile lumen.*

**Februarij**

*Bri Pur Blasus Ag Dor Febru Ap Scholastica valent  
Iuli Con junge sunc Petrum Matthiam inde.*

**Martij**

*Martius Adria perdecoratur Gregorio Cyr.  
Gertrud alba Bene juncta Maria genitrice.*

**Aprilis**

*April in Ambrosij festis ovat aeq; Tiburti:  
Et Valer sanctiq; Geor Martiq; Vitalis.*

**Maij**

*Philip Crux Flor Got Ioan Latinn Epi Panser & Steph  
Majus in hac serie tener Urbanus in pecte Chris Can.*

**Iunij**

*Nic Marcelli Boni dat Iun Primj Bar Cyrini  
Vitiq; Mar Prothus Alb sancti Ioan Io Dor Le Pe Pau*

**Iulij**

*Iul Vi sit Hulrich Oc VVi Kilj Fra Bene Margar  
A post Al Arnolphus Prax Mag Ap Chrst Iacobig; Sen Abdon.*

**Augusti**

*Pe Steph Steph Proth Os Sixt Af Cyr Ro Lau Tibur Hip Eus  
Sumtio Agapiti Timo Bartholo Ruf Aup Col Ancti.*

**Septembbris**

*Egidium Sept habet Nat Gorgon Proti Crux Nic.  
Euph Lampertiq; Mat Mauricius & Da VVen Mich Hier.*

## Octobris

*Remigij Franciscus Marcus Di Gerardij Calixt  
Galle Lucas vil vn Se Se Ra Crispini Simonis Quint*

## Novembris

*Omne November Leo Qua Theo Martin Bricciijz  
Post hac Eliza Ce Cle Chrys Catharina Sat And.*

## Decembris

*December Barba Nicol Concep & alma Lucia  
Sanctus ab inde Thomas modo Nat Steph lo Pu Thoma Syl.*

Sed quia barbari sunt versiculi, & difficulter memoria  
retinentur, homines elegantiæ studiosi, alios novos fece-  
runt.

## D. Paulus Eberus hos fecit,

## Januarii.

*Cisio Ianus Epiphanij dic dona Magorum,  
Vincit ouans Agne: noua Paulum lumina vertunt.*

## Februarii.

*Et purgata parens ad templum dicit Iesum:  
Sede doces sacra cum Petro Matthia gentes.*

## Martii.

*Evocat ad studium puerile Gregorius agmen:  
Aeterni patris gnatum Mariæ tenet alvus.*

## Aprilis.

*Præfulis Ambrosij laudes imitare sacerdos:  
Et pellant equites, Georgi more, tyrannos.*

## Maii.

*Lata crucis Helena reperit piacura trophea:  
Vinea cum floret, plebs Urbanum celebrabit.*

## Iunii.

*Ardua Solis equos trahis ad fastigia vite:  
Agni monstras onus, sed Baptistes tibi Petre.*

Iam

Iulij.

Iam Maria sobolem Baptista salutat in alvo:  
 Afficit Herodes nece Iacobum Zebedeum.

Augusti.

Vincula post Petri patitur Laurentius ignes:  
 Impic mæche dabis meretrici colla Ioannis.

Septembris.

Aegidius celebrat Mariae virginis ortum:  
 Quo combusta die Solymorum mænia narrant.

Octobris.

CHRISTE tuas leges Celtis Dionysius affert:  
 Scriptis Luca tuis fruimur: docuit Simo Persas.

Nouembris.

Pannonius docuit Gallorum Martius oras:  
 Fertilis Elisabeth cantat Thuringia laudes.

Decembris.

Post casti sacra Nicolai longissima nox est:  
 Fausta dies celebrat tibi CHRISTVM Virgine natum.

Recitatio Cisio Iani in quatuorà pollice digitos distributa fuit syllabatim & articulatim: Singulis digitis singulæ hebdomades datae fuerunt: articulorum iuncturis bini dies hebdomadis, in vtraq; manus parte. In adverbi quidem in infimis iuncturis positi fuerunt dies dominici, in proximis scriæ secundæ, seu Lunæ dies, in terrijs tertij, seu Martis dies, in extremitate digitorum quartæ, seu Mercurii dies. In aversa autē in iuncturis prope vngues quintæ, seu Iovis dies, in mediis sextæ, seu Veneris dies, in infimis Sabbati dies, seu Saturni: Sic ineunte anno 1582. Cisio Iani hæc recitatio primam syllabam CI applicabit indicis secundæ iuncturæ in adversa manu, quædici Lunæ, seu secundæ feriæ est: syllabam SI supremæ, quæ tertia feriæ est: O extremitati indicis, ea eit feriæ quartæ: IA supremæ iuncturæ in aversa manu, nempe feriæ quintæ:

C iiij

NVS medię, id est ferię sextę: E, quę notat festum i*wigę*  
vices, in simę juncturę, id est diei SABBATI. Itaq; festum il-  
lud die sabbati futurum apparet.

Sed pr̄cipiorum fixorum festorum intervalla continent isti  
versiculi, constituentes primum terminum numerationis  
in natali Servatoris nostri CHRISTI.

Sex sunt ad Purif: bis sex sunt usq; Philippi:

Ad Iacobum totidem: novem sunt ad Micaëlem.

Sex ad Martini: sex ad Natalia CHRISTI.

Adde dies octo, totus complitur annus.

## DE INDICIONE.

 Olet quoq; ephemeridibus & calendariis inscri-  
bi, indictionis numerus.

Indictio est nomen periodi 15 annorum.

Instituta putatur à Constantino Magno, Im-  
peratore, anno CHRISTI 324, in Synodo Nicena, in  
memorij victorię de M. Aurelio Maxentio reportatę, an-  
no CHRISTI 312: XLI. Septembri: ad quod tem-  
pus initium earum relatum est.

A bindicendo nomen esse scribitur: quod singulis lu-  
stis tributa indicta, & exacta fuerint à provinciis Romani  
imperi: hodie nominatur der Römengeschäft. Usu recepu-  
fuit, ut literę Pontificum & notariorum diplomata eo  
numero signarentur, quę ascriptum non haberent, reiice-  
rentur. Consuetudo isthac etiam hodie observatur apud  
nosotros notarios. Sed ex historiarū ignoratione initium  
indictionis reiiciunt in Cal. Ian. quod ad 24. Septembri  
referendum erat.

CHRISTVS Servator noster ponitur natus esse indi-  
ctionis anno quarto: atq; hoc ita statuitur, quasi indictio-  
nis usus fuerit etiam ante natū CHRISTVM. Idcirco ad  
iāveniendū indictionis numerū datu anni à CHRISTO,  
addic-

additur annorum numero 3, Summa dividitur per 15: Quotus numerat revolutas periodos; reliquus à divisione causa, num indictionis labentis. Sic anno 1582, invenerit indictionis annus 10.

*Hac tenuis de festis fixis & statis: sequitur*

## DE MOBILIBVS.

**E**sta mobilia sunt, quæ ex Lunæ motu disposita sunt. Iudaicæ Ecclesiæ festa disposita fuisse ex lunæ motu, constat ex libris Mosaicis, & ex Syracide cap. 43. Pascha enim ad 14 Lunam, id est, ad plenilunium primi mensis celebratum est. Primus autem mensis fuit Iudeis, cuius plenilunium erat vel ipso equinoctij verni die, vel paucis diebus post: aut cuius nonilunium proximum erat equinoctio verno, id quæ appetet ex 12. cap. Exodi.

## DE PASCHATE

*Christianorum.*

**E**t prima noui testamenti ecclesia diuinum istud institutum obseruari voluit in suo Paschate. Sed plenilunium illud paschale in calendario Christiano non potest habere omnibus annis statum locum: propterea quod Christianæ ecclesia utitur solari anno, qui 12 menses synodicos seu annum lunare superat diebus XI. Mox igitur post Apostolorum tempora quæsiuum fuit, qua ratione dies paschatis calendario inscribi posset.

Ac primùm circa annum DOMINI 200. in Synodo Cæsariensi, tempore Irenæi, acriter eadē disputari cæptum est, & tandem constitum, ut non alia, quam dominica die Pascha celebraretur, quæ decimam quartam Lunam, id est, plenilunium proxime sequeretur. Deinde in

in Nicena Synodo, anno D O M I N I 324 hæc constitutio repetita fuit, & Eusebio Cæsariensi mandatum, ut adhibitis Alexandrinis Mathematicis, canonies siue tabulas Paschales componeret. Propositus fuit tum ecclesiae cyclus decennouennis, qui Lunaris etiam dieitur, & apud Græcos iam ante à Methone Atheniensi institutus fuerat, Olympiade 87, nominatusq; ~~uracēnaryus~~, ab annis 19, quos complectitur, sic nominatus. Putarunt enim autores isti hac periodo omnem varietatem, quæ est in applicatione anni Lunaris ad Solarem, compræhendi, & inesse redire, id est, nouilunia & plenilunia ad pristina loca zodiaci, & eosdem dies in Calendario. Initium huius cycli, seu annus eius primus collocatus fuit in annum D O M I N I 323, propterea quod ultimum nouilunium anni praecedentis fuisset ipso die natali CHRISTI Seruatoris.

Iraq; si cycli huius vsum etiā ad tempus ante CHRISTI nativitatem ex hac Dionysiana institutione accommodemus, concludemus CHRISTVM natum anno secundo Cycli. Ergo si annis CHRISTI additur 1: Summa diuiditur per 19, quotus dabit cyclos reuolutos: à diuisione reliquus annum labentis cycli, siue aureum numerū. Sic anno 1582 aureus numerus inuenitur 6: in annum sequentem 7. & sic deinceps.

Itaq; maximo applausu atq; studio ab omnibus exceptus est. Et Iul. Cæsar aureis numerorum notis hunc Cyclum in suum annum distribuit, adscriptione singularium partium ad suos dies: Romanis in anno Solari & Calendario suo nouas Lunas indicans: nempe quibus diebus nouæ Lunæ siebant primo anno cycli, illis vnitatis auream notam ascripsit, quibus secundo, binariam, quibus tertio, ternariam. Sichodie & hoc anno, quo aureus numerus est 6, ascripta deberet esse aurea nota ijs diebus measium quibus nouæ Lunæ fierent, ut 24 Ian. 22 Feb.

24 Mar-

24 Martij, 22 April, 21 Maij, 20 Iunij, 19 Iulij &c. Sic ergo in veteri calendario Romano, dato anno cycli Lunaris, dabatur dies nouæ Lunæ in calendario quoquis mense, sine scrupulo calcu astronomico. Atq; hinc nata est appellatio AVREI NVMERI.

Postea anno DOMINI 532 Dionysius, abbas Romanus, cycli partes seu annos, qui vocantur aurei numeri, inscripsit, & ex illis paschatis diem inuenire docuit juxta synodi Nicenæ decretum. Ex illo Calendario transcripta est hæc pars, terminata 21 Martij (in quem diem tum incidebat æquinoctium) & 25 Aprilis.

### TABELLA PASCHATIS EX DECRETO Nicenæ Synodi, composita à Dionysio, Romano Abbe.

Aurei numeri	Litera Domin	Dies Martij			E	6
				9	F	7
16	C	21			G	6
5	D	22		17	A	8
	E	23		6	B	10
13	F	24			C	11
2	G	25		14	D	12
	A	26		3		13
10	B	27			F	14
	C	28		11	G	15
18	D	29			A	16
7	E	30		19	B	17
	F	31		8	C	18
		Aprilis			D	19
15	G	1		8	E	20
4	A	2			F	21
	B	3			G	22
12	C	4			A	23
1	D	5		3		24
					C	25

D

*Inventionis methodus est hec.*

Aureus numerus dati anni queritur in hac tabula, & infra eum litera dominicalis: in huius vicina area est dies paschalis: Sed anno intercalari est apud posteriorem literam dominicalem: Quia dies paschalis est post intercalationem, & mutationem literæ Dominicæ: ut anno 1582 aureus numerus est 6, litera dominicalis G. Ergo pascha incidit in XV. Aprilis. Anno 1583 aureus numerus 7, litera dominicalis F: ergo pascha 31 Martij. Anno 1584 aureus numerus 8: literæ dominicales E. D. ergo pascha 19 Aprilis.

Etsi autem creditum sit hoc inuento posse satisfieri decreto synodi Nicenæ: tamen hodie deprehendit ut à scopo pluriimum aberrare.

Decretum synodi est, ut plenilunium quod vel in æquinoctium incidit, vel paucis diebus sequitur, paschale sit, & sequente dominica die festum pascharis celebretur: sed tamen si plenilunium incidat in dominicū diem, non ea sed sequente celebretur: ne Christianum pascha cum Iudaico coincidat. ut

Anno 1582 plenilunium sequens diem æquinoctii, incidit in 8 Aprilis, qui cum sit dominicus dies, pascha celebrabitur sequente dominico die, nempe 15 Aprilis

Anno 1583 plenilunium verno æquinoctio proximum, incidit in 27 Martij: Itaq; pascha celebrabitur 31 Martij.

Anno 1584 plenilunium sequens æquinoctium, incidit in 15 Martij: qui cum sit dominicus dies, pascha celebrandum erit 22 Martij: Sed ex Dionysiano Canone celebrabitur 19 Aprilis. Nam aureus numerus est 8: literæ dominicales E. D: nempe 28 diebus post terminum a synodo constitutum.

Erroris caussæ duæ sunt, una diei æquinoctialis in calen-

Sendario anticipatio: altera est Lunaris seu decennouensis cycli defectus.

Acquinoctium vernum tempore Imperatoris Constantini, & Nicenæ synodi fuit 21 Martij. Hoc retrocessit ad uel 10 ferè diem Martij. Factum hoc est ex quantitate anni longiore justa 10'. 44''. Excessus enim iste multiplicatus interualllo annorum 1258, inter nos & Nicenam synodum, facit dies 9 horas 9. 2. 32''.

Cyclus decennouennis deficit ab æquatione cum Solari anno h. 1. 27'. 31". 55"". quod in theoria Lunarium motuum demonstratur.

Defectus iste multiplicatus 66 cyclis, annisq; 6 à Nicena Synodo, nempe ab anno DOMINI 322 ad nostra tempora circumactis, errorem secum traxit dierum 4 h. 1. 44'. 44". 42''. Et trahet etiam deinceps plurimum, si emendatio negligetur.

Causæ hæ conjunctæ, effectum, id est, errorem amplificant & dilatant. Prior enim facit, vt æquinoctij momentum non possit statum diem & fixum temporis momentum habere in calendario. Altera facit, vt nouilunia in calendario non possint, ne quidē fixo æquinoctio, fixum habere temporis momentum omnibus seculis.

## DE RELIQVIS FESTIS mobilibus.

**V**nt etiam alia quædam festa mobilia, quæ nō in eosdem dies omnibus annis incident. Ea dependent ex paschatis mobilitate: & quædam antecedunt pascha, quædam sequuntur.

Præcedentia sunt: Quadragesima, Interuallum, & Septuagesima.

Quadragesima est spacium 40 dierum, à cinerum die

D ii

ad feriam quartam Σωτηρίαν : nominantur tempus quadragesimale , à jejunio & sobrietate veteris ecclesiae , qua populum ad meditationem passionis & mortis CHRISTI , Seruatoris nostri , excitari voluit . Prima dominica anno 1582 incidit in 4 d. Martij . Nominatur Inuocavit : à Latinæ ecclesiae cantione , ea die sub introitu in templū decanitatæ : Inuocavit me , & ego exaudiam eum : cripiam eum , & glori ficabo eum , longitudine dicrum implebo eum . Psal . 91 . Secunda nominatur Reminiscere , à cantione , Reminiscere miserationum tuarum Domine , &c . ex psalmo 24 . Tertia Oculi , à cantione : Oculi mei semper ad Dominum . Psalm . 24 . Quarta Lætare à cantione : Lætare Ierusalem , & conuentui facite omnes , qui diligitis eam . Iesaiæ 66 . Quinta , Iudica , à cantione : Iudica me Deus , & discerne caussam meam de gente non sancta : ex Psalm . 42 . Sexta Palmarum .

Quæ primam antecedit , nominatur Esto mihi : à cantione ex Psalmo 31 : Esto mihi in Deum protectorem , & in locum refugij . Olim eo die impia Bachanalia celebrata sunt .

Tempus à natali die CHRISTI Seruatoris ad hanc dominicam , nominatur interuallum minus . Dierum numerus variat pro interuallo inter natalem CHRISTI & pascha : Anno 1582 est hebdomadum 6 d . 6 .

Septuagesima est tempus 70 dierum , seu 10 hebdomadum à quarta dominica ante quadragesimam , ad proximam post pascha . Eo tempore vetus ecclesia historiam captiuitatis Babylonicae in collegijs & cris cantionibus atque homiliis repetivit , & populum commonefecit de nostro in hac vita exilio atq; captiuitate . Deminica quia finiebantur hi dies , dicta fuit Dominica in albis , à disciplina & Cæremonia ecclesiastica , qua baptizati & receptioni societatem ecclesiae sillebantur amicti stolis albis : unde hymnus est ,

Ad

*Ad cœnam agni prouidi,  
Et Stolis albis candidi,  
Post transitum maris rubri,  
CHRISTO canamus principi.*

Et cantio sub introitu in templum decantata: Quasi modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite: ex i Petri cap. 2. V. 2

Pascha sequuntur Rogationum hebdomas, Ascensio DOMINI, Pentecoste, & Aduentus DOMINI.

Rogationum hebdomas est sexta à paschate: Qua Litanias & supplicationes diuinæ instituit ecclesia, ut caratione idolatrica festa paganorum Flora, Ambarualia, Rubigalia, & alia extirparet.

Ascensio DOMINI est feria 5 eius hebdomadis.

Pentecoste est 50 dies à paschate: initio octauæ hebdomadis à paschate.

Aduentus DOMINI celebratur Dominica sequente 26 Nouembris, quæ Cunradi nomen a scriptum habet. Vel præcedente IIII Decembris, cui Barbaræ nomen ascribitur. Numerus hebdomadum inter pentecosten & aduentum DOMINI non est omnibus annis idem: nominaturq; inter uallum maius. Inuenitur additione tot Dominicorum dierum ad 24: quot sunt inter pascha & festum Georgij, ut anno 1582 à paschate inclusive ad festum Georgij, sunt duo dies dominici. Ergo à pentecoste ad aduentum sunt 26 Dominicæ dies. Sed a festo Trinitatis exclusive 24 tantum.

Atq; hec texus exposita est prima pars, siue Columna, si nistraru n tabularum, que continet distributionem anni in hebdomas & festas apud Christianos. Sequitur altera.

D. ij

## DE MOTIBVS COELESTIBVS.



Ltera pars sinistratum tabellarum ponit oculos diurnum situm planetarum ad initium diei, cui ascribitur. Est autem diei initium Romana consuetudine, à media nocte antecedente, teste Paulo Iuris. L. More Romano D. de férijs & dilation. 2. cuius hęc sunt verba: More Romano dies à media nocte incipit, & sequentis noctis media parte finit. Itaq; quicquid in his 24 horis, id est, duabus dimidiatis noctibus, & luce media actum est, perinde est, quasi quavis hora lucis actum esset. Vide Gell. L 3 C. 2. Macrob. Saturn. L. 1. cap. 3. Eiusmodi initi a, quibus motus congruunt, visitate nominantur ἐποχαι: Et cōtrā, certus situs syderis congruens temporis certo & determinato.

Diurnus ille situs refertur ad Zodiacum, iuxta doctrinam de prima affectione generali planetarum, determinatur binis numeris, prior est graduum, notatur litera G in supero margine columnarum: posterior est minutorum: notatur litera M.

Et longitudinis quidem situs in perpetua serie dies: Latitudinis autem in tribus vltimis versibus: nempe die 1. II. & 21.

Latitudo Septentrionalis indicatur in supero margine litera S. Meridiana litera M. Litera A signat ascendentem: Literæ De descendenterem.

Initia istarum affectionum in singulis planetis notantur ad suos dies: ut in Ephemeride anni 1582, In p̄ columnā, ad 17 d. Ian. notatur De: Significatur p̄ inire descendens a limite Septentrionali, qui notatur litera S.

Ad 4 d. Feb. in columnā p̄, ponitur litera M: quz significat p̄ ex hemisphærio Septentrionali descendere in Meridionale.

Ad

Adj d. Ian: in columna Lat. C ponitur De: significatur C à Septentrionali sive Boreo termino descendere ad australem sive Meridionalem , Et Latit. decrescere.

Ad 8 d. Ian. In eadem columna litera M. significat Lunam à medio viæ planetariæ sive Zodiaci descendere ad australem terminum: & latitudinem deinceps crescere.

Ad 15 d. Ian. litera A significat Lunam ab australi termino deinceps ascendere versus mediū planetariæ viæ ad Bor. terminum: itaq; latitudinem exinde decrescere.

Ad 22 d. Ian. litera S notat Lunam à medio viæ planetariæ ascendere ad Bor. terminum: Itaq; latitudinem deinceps crescere.

Retrogradatio planetæ notatur in sua columnæ: sic R: vel Re: vt 15 d. April in p<sup>r</sup>.

Directio notatur sic: Di. vt ad 12 d. Ian. in p<sup>r</sup>: & 8 d. Maij.

Stationis initium non notatur : Quia pater ex ipsis numeris sua serie iisdem.

Hac tenus de sinistris tabellis: sequitur

## DE DEXTRIS TABELLIS.



Extri tabelliæ descriptas habent συζυγιæ planitarum ad horas suorum dierum: horæ indicantur numeris adscriptis ad characteres Syzygiarum.

Sunt autem tabellarum istarum duæ partes: altera continet Syzygias Lunares, cum reliquis sex planetis in totidem columnis: sed tamen columna solis geminata est: sinistra habet tres characteres, & plenilunii est; quartarum est, prioris & posterioris: & nouilunii est; dextra tempus habet, determinatum horis & minutis, sive scrupulis. Sunt in eadem columna etiam reliqui duo cha-

characteres \* & Δ. Sed tantum cum horarum numero.

Altera tabellarum pars habet syzygias cæterorū planetarum inter se: iis diebus, quibus fiunt.

Et Lunæ accessum ad ♀ & ♂

Et ἀπόγεον atq; προγεον ☽.

Est quoq; in supero margine sub characteribus, quinque planetarum, peculiare quoddam planetarum accessus annorum, quod ipsis ex dispositione ad solem evenerit, vnde orientales vel occidentales dicuntur.

Actres quidem planetæ, qui altiores sole sunt ☉ . 4. ♂ dicuntur Orientales, Græcis έως και προηγουμενοι, matutini, & suo exortu præcedentes solem a ♂ ad ♀ usq;:

Occidentales autem έως και επόμενη vespertini & solem sequentes suo occasu, ab ♀ ad ♂ usq;.

Sic anno 1582 initio mensis Ian. 24 est occidentalis: quia paulum abest à ♂: tandem die 10 eius mensis est in ♂ cum ☉: Itaq; tum incipit esse orientalis. Atq; hæc eius affectio annotatur etiam in eius columna ad eundem diem.

At duo planetæ inferiores Sole, nempe ♂ & ♂, orientales sunt, cum Solem oriturum præcedunt: occidentales, cum solem occasurum subsequuntur.

Sic ♂ die Maij incipit esse orientalis.

Sic ♂: 9 die Martij incipit esse OCC:

25 Aprilis oriental.

22 Iunii OCC:

24 Augusti OR.

15 Octob. OCC.

13 Decemb. OR.

Ad superum marginem annotatur planetarum tempus ortus: ad inferum, arcus diurnus: utrumq; determinatur horis & horarum scrupulis. Hic si tempore ortus addatur arcus diurnus, inuenietur tempus occasus: vt, Cal. Ian tempus ortus ☉ est h. 7. 50'

Arcus

Arcus diurnus eiusdem dici est	h. 8. 20.
Ergo ☽ occidit a media nocte antecedente	h. 16. 10'.
Vel pomeridiana	h. 4. 10'.
Atq; si arcus diurnus subducatur spatio nychthemero: id est,	h. 24. —.
reliquis erit arcus nocturnus, sive longitudo noctis.	h. 15. 40'.

*Es hæc tenus explicatio est menstruarum tabellarum:  
Sequitur*

## DE INVESTIGATIONE MO-

*tuum Cœlestium, ad quodvis datum mo-  
mentum in cuiusq; dici.*

**B**UT SI situs & aspectus luminarium, & quinq;  
planetarum tantum epochæ ephemeridum  
congruunt: tamen ad quævis diei momen-  
ta, omnesq; alios meridianos, siue horizontes  
omnes alijs inueniri possunt per auream proportionum  
regulam, siue, ut astronomi loquuntur, per accommoda-  
tionum partis proportionalis. hoc modo.

Primum ex diurno motu sumitur pars proportiona-  
lis dato tempori, quod epocham temporis ephemeridu-  
sequitur. Deinde epochæ situs stellæ additur inuenta pars  
pp. si sequentis diei situs maiorem numerum haberet: sub-  
trahitur, si minorem. Hoc ita generatim dixisse, peritis  
quidem logistis satis esse poterat: sed tyronibus id dç-  
monstrabo exemplis.

Initio anni 1582, ☉ occupat G. 20. 7'.  $\text{b}:$   
quæratur quem locum occupatus sit h. 12 primi dici, id  
est, h. 12 post epocham.

Primo queratur diurnus motus  $\text{s. lis}$ , subduktiones si-  
tus primi dici à situ secundi diei; differentia est G. 1. 1'.

Deinde ratiocinum aureæ regulæ concludet H. 24.  
☉ percurrit arcum G. 1. 1'. Ergo h. 12 percurrit arcum  
30'. 30".

Tandem hic arcus partis prop. additur epochæ ☉  
nempe G. 20. 7'.  $\text{b}:$  inuenietur situs ☉ in meridie primi  
dici G. 20. 37'.  $\text{b}:$  neglectis 30".

### II Exemplum

Quæratur quem locum occupatus sit  $\text{D}:$  i. die Ian:  
hora me. idieci.

Diurnus eius est 49' Retrogradus: Ergo horarum  
12 est 29'. 30". Hæc pars pp. subtrahatur epochæ  $\text{D}$ : G. 16.  
10'.  $\text{b}:$  inuenietur locus  $\text{D}$ : in meridie primi diei G. 15.  
41'  $\text{b}.$  Re.

### III.

Paulo dissimilis ratio est in latitudinibus planetarū:  
atq; magis etiam cum, quando datum tempus cadit inter  
vicinas epochas, quæ nomina commutant.

Quando eadem nomina manent in vicinis epochis,  
pars pp. capitur ex denorum dierum motu, ad differentiam  
dati temporis & epochæ: eaq; pars pp. additur vel subtrahatur  
epochæ si: us, ex indicio crescentis aut decrescen-  
